habita Pastorali sermone, Pontificalibus indutus Sacramentum Confirmationis administravit, omnibus ibis, qui diebus praecedentibus per Parochos fuerunt approbati ad praescriptum Edicti de sacra Confirmatione publicati.

De Ecclesia Falevitana
die 19 8bris 1770

Ill.mus et R.mus D. de mane celebrata Missa, associatus & se contulit ad dictam Ecclesiam distantem à Civitate per tria Milliaria circiter, quae olim Cathedralis fuit, ibiq. perveniens, et absolutione Defunctorum expleta visitavit, et decrevit ut infra.

De Unico Altare
SS.mae Annunciationis

Tota ecclesia stat in adiacentibus Bonis sub dominio temporali R. Camerae Apostolicae, quae habet onus celebrare faciendi in hoc unico permanente Altare per Cappellanum pro tempore singulis diebus Dominicis ad Comodum Populi

In festo SS. annunciationis canit. ibid. Missa solemnis à Revo. Servo. Fabricij, qui cum Confraternitatibus accedit Processionaliter summo Mane, et habet. Concio à Predicatore eiusdem Servi.

Inspecto Altare mandavit eid. S apparavi novum lapidem sacrum repertum in Capsula, atq. indigeat quod cooperiatur velo serico parva Custodia, in qua die annunciationis asservat. SS. Sacramentum. Item quod firmet. Imago SS. Crucifixi in Cruce, et firment. etiam Candelabra eiusd. Altaris ex auricalco. nec non provideat. de Legile, et nova Lampade ex auricalco, sicuti et de novo Pallio diversor. Colorum saltem Coramineo, et de Tela stragula, et cerata ad tegendam mensa Altaris. Illmus. et Rmus. Dnus. mandavit hec omnia representari Illmo. et Rmo. Dno. Thesaurario, de cuius pietate plurimum confidit.

De Sacris Suppellectilibus

Necesse esse providere saltem de altera Alba Amictu, et Cingulo; Corporale, Palla, et Purificatorijs, et arca in qua Sacra Suppellectilia asservant; clave, et sera munivi

De Tota Ecclesia Interiori

Deficit Sedes pro audiendis Confessionibus Clavis, Cancello Altaris.

Fenestra supèr Altare confracta à fulmine indiget vitreis.

Claudendæ essent duo Fenestræ existentes suprà Cappellas à Cornu Epistolæ

Tecta reparanda, et reaptanda sunt signantèr in ingressu Ecclesiæ in Navè dextera, et ex partè Campanilis

Janua Maior Ecclesiæ est sine Sera, et Clave

Illmus. et Revmus. Dnus. mandavit omnia representari ut supra

De Ecclesia exteriori.

Indiget expurgari à vepribus et sordibus, et Circum circa stillicidium lapidibus sterni.

Et pariter Illmus. et Revmus Dominus representari mandavit Illmo. et Revmo.

D. Prothesaurario, de cuius pietate multum confidit.

Ita est Jo: Franc.us Epus Civitatis Castellanæ ex[illegible]